



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

48. Sabb. B Virgo Patronæ tentatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

MEDITATIO XLVIII.

Sabbato Dom. 5. Epiph.

B. Virgo Patrona tentatorum.

Aspiciam **B.** Virginem velut sidus cœleste, sub quo ipsum lolium vertitur in triticum. Petam admitti sub ejus præsidium.

Conf. 1. Quàm rectè ad **B. Virginē** confugiant omnes animæ: quia, ut ait Chrysoft. Virgo nunquam cessat à bello. hom. 9. de poenit. Recolam bella considerata supra.

Conf. 2. Si Dominus meus fuit tentatus, negari non posse tentatam quòq; ab extrinseco fuisse **B. Virginem**: Semper tamen illibato victriciq; pede caput serpentis cõterentem, quin etiam ad Gabrielis nuntiũ turbatam, cautèq; metuentẽ. Ab ea præliari discã.

Conf. 3. Sicut bonum semen per multam pluviam convertitur in lolium: sic lolium multo calore in triticum docet converti Salmeron, Tom 2. tr 6 num. 4. Vnde sic discurrat: Vbi Solis radij fulgent, nequeunt esse tenebræ, neque frigus cum æstu, neque cum sereno pluvix, aut cum vita mors. Sed Diva est Mater vitæ, lucis, gratiæ, serenitatis, & spirituum moderatrix: igitur sub illius fidere, & aspectu virgineo etiam inter lolia, imò lolium ipsum non potero non immutari in triticum, in horrea Domini colligendum, Colloquiũ ut Sabbato Dom. 4. Epiph. ME-